ad moralia quia continet scripturam sed est quaestio ad
credibilia videndum est. Item consequenter quaeritur
ad materiam 2i articuli an oppositum utrum habitus
per studium sacrae scripturae acquisitus sit scientia vel
sapientia vel ars aliquis habitus intellectualis
ut ars prudentia vel intellectus. Sed dicitur verum
ut dicit philosophus 6o ethicorum aliquis habitus
suspicionis aliquis opinionis et huic articulo dis-
tinguo in duas partes. Primo declaro quod
habitus per studium sacrae scripturae acquisitus non
est intellectus nec ars nec prudentia nec suspicio
nec opinio. Secundo declaro quod aliquis sit
scientia vel sapientia quia de hoc sunt doctores
varii et contrarii. Quantum ad primum
presuppono quod nullus habitus pure theologicus
presertim de credibilibus ex studio sacrae scripturae acquiritur
in nobis ex solo lumine naturali patet hec suppositio
quia ex studio sacrae scripturae non potest acquiri
habitus pure theologicus de credibilibus fidei christianae
nisi precedente fide. Item per solum lumen naturale non
acquiritur ars talis habitus. Item suppono vera
aliquando per conclusionem 4am precedentis articuli sed quia
ex hoc quia lumen fidei est supernaturale ut
dicunt omnes doctores. Conclusio prima sit
1a habitus pure theologicus per studium sacrae scripturae
acquisitus non est intellectus potest intellectus est habitus
primorum principiorum patet quia intellectus est habitus solius
lumine naturali eo quod in nobis generatur per inductionem
vel per experientiam vel aliquid in est nobis. Ad
illud patet per philosophum primo et 2o physicorum primo et 4o
metaphysicae primo et 6o ethicorum. Patet nullus
habitus pure theologicus est in nobis ex solo lumine
naturali ut dicit suppono 1a 9a vera. Ex ista
conclusione sequitur corollarie quod cognitio primorum principiorum
non pertinet ad habitum theologicum sed solum
ad eam tamquam subsequens. Sequitur 2o quod metaphysica
non habet se ad theologiam sicut subalternans ad
subalternatam sed potius sicut subsequens
ad architectonicam. 2a 9a habitus
pure theologicus non est ars hoc satis patet ex
eodem fundamento ut precedens quia ars in
nobis acquiritur non mediante solo lumine naturali

sed potius sic quia habitus artis est recta ratio
non recte moralis sed recte quia oppo-
nitur errori ut 6o ethicorum tamen ut non est
habitus theologicus ut manifestum est 1a 9a vera.
3a 9a habitus pure theologicus non est prudentia
patet quia ex fundamento precedentium conclusionum
quia prudentia est recta ratio agibilium in lumine
naturali ut 6o ethicorum. Sensibiliter autem
sic patet quia prudentia generatur in nobis per expor-
gentias humanas et diurnas
et per studium scientiae moralis ut colligitur ex
6o ethicorum sed ista non sufficiunt ad habitum
theologicum 1a 9a vera. Sequitur corollarie quod scientia
moralis non habet se ad theologiam sicut subalternans
ad subalternatam sed potius sicut subsequens
ad architectonicam sive dominam. Conclusio
4a habitus theologicus per studium sacrae scripturae
acquisitus non est suspicionis nec opinionis
patet sic quia suspicio est proprie quando est maior
formido ad oppositum quam adhesio
ad propositum et opinio est quando est maior formido
ad oppositum quam adhesio ad propositum
sed nullum istorum stat cum habitu theologico
eo quod ipse presupponit fidem quia dum in secundo
non patitur. Tamen dicendum tamen opinionem potest ei formido
est annexa ipsa possit esse de credibilibus.
Quantum ad 2am partem huius articuli videndum
est an habitus theologicus per studium sacrae scripturae
acquisitus sit scientia vel sapientia et primo breviter
recitabo de hoc aliquas opiniones. Idem
ponam quaestiones conclusiones quas credo esse
veras opiniones quas vidi in diversis doc-
toribus in recitatione digne de hoc an habitus
theologicus sit scientia. Prima dicit quod vere et
proprie esse cum dicendo scientiam habitus theologicus sit scientia
ex isto motivo quia aliquis studium sacrae
scripturae esset frustra. 2a opinio est durandi
qui ponit quod theologia aliquando est scientia ex hoc
quia ipsa complectitur 3o habitus quorum primus est
quia cognoscuntur ea quae in sacra scriptura tra-
duntur et sola auctoritate tenentur et hoc
pertinet ad fidem et 1o habitus est theologia
contemplativa sive contentiva. Alius habitus est

LÜBECKISCHE STADTBIBLIOTHEK